vtuntur Secunda attica videlicet atbeniensis: qua vsu sunt omnes grece auctores. Tertia dorica qua habent egipty & syri Quarta ionica. Quinta eolica q̄ se eolisti locutos dixerūt & sunt in obseruatione grece lingue eiusmodi certa discrimina. Sermo em̄ eorū ita est dispartitus Latinas aut̄ linguas quas tuor esse q̄dam dixerunt. id est priscam. latinam. romanā mixtam Prisca est q̄ vetustissimi ytalie sub iuno & saturno sunt vsi in condita vt se habeant carmina saliorum. Latina qua sub latino & regibus tusci & ceteri in latino sunt locuti. ex q̄ fuerūt duodecim: tabule scripte. Romana q̄ post reges exactos. a populo romano gesta ē qua neuus. platus. ennius. virgilius. poete. ex oratorib; grace & cicero vel ceteri effuderunt Mixta q̄ post imperiū latius permotū simul cū morib; & hominibus in romanaz ciuitate irrupit. integritatem verbi per soleoscismos & barbarismos corrumpens Omnes aut̄ orientis gētes in gutture linguam & verba collidunt. sicut hebrei & siri Omnes mediterranee gentes in plato sermone feriūt. sicut greci & asiani Omnes occidentis gentes verba in dentib; frangunt: sicut ytali & hispani. Sirus & caldeus vicinus hebreo est in sermone consonans in plerisq; & litterarum sono. Quidā aut̄ arbitrantur linguam ip̄am esse caldeam. quia ab raam de caldeis fuit Quo si hoc recipitur q̄ modo in danielle hebrei pueri linguam qua non nouerant doceri iubentur. Omnē autē linguam vnusq; hoim sine grecam sine latinam. siue ceterarum gentiū aut̄ audiendo potest tenere. aut̄ legendo. aut̄ ex p̄ceptore accipe Cū aut̄ omim linguarū scientia difficilis cuiq; nemo tñ tam desidiosus ē vt in sua gente positus siue gentis linguam nesciatur Nam quid aliud putandus est nisi aialium bratorum deterior Illa em̄ pprie vocis clamorē expmunt. iste deterior qui pprie lingue caret noticia Cuiusmodi aut̄ lingua locutus est deus in principio mundi cū diceret. fiat lux. difficile est inuenire Nondū em̄ erat lingue Item q̄ lingua insonnit postea exteri

oribus homim auribus maxime ad primū hominē loquens vel ad pphetas vel dum corporaliter insonnit vox dicētis deī. Tu es filius meus dilectus vbi a q̄busdam creditur illa lingua vna et sola q̄ fuit ante q̄ esset linguarum diuersitas. In diuersis aut̄ gentibus creditur qd̄ eadē illis lingua loquatur. q̄ ip̄i homies vtuntur. vt ab eis intelligatur Loquitur aut̄ deus homibus non p̄ substantiam inuisibilem. sed p̄ creaturam corpalem p̄ qua etiā & homibus apparere voluit qm̄ locutus est Dicit aut̄ ap̄tus Si linguis hoim loquar & angelorum. vbi q̄ritur Qua lingua angeli loquentur nō qd̄ angeloz alique sint lingue sed hoc p̄ exaggerationē dicitur. Item queritur q̄ lingua in futurum homies loquentur. nusq; reperitur Nam dicit apostolus Si ne lingue cessabunt. Ideo aut̄ p̄us delinguis ac deinde de gentibus posuimus quia ex linguis gentes: non ex gentibus lingue exorte sunt.

De gentium vocabulis. CA LI

g Ens est multitudo ab vno principio orta. siue ab alia natione scdm ppriam collectionem distincta vt grece asie Hinc et gentilitas dicitur Gens appellata ppter generationem familiarum. 1. a gignēdo sicut natio a nascendo Gentes aut̄ a q̄bus diuisa ē terra. 14. sunt de iaphet. 30 & vna. de cham. 27. de sem. q̄ fiunt. 73. vlt̄ potius vt ratio declarat. 72. totidemq; lingue q̄ p̄ terras esse ceperūt queq; crescendo p̄uintias & insulas impleuerunt. Fily sem quq; singulariter gentes singulas procreauerunt Quorū p̄mus elam. a quo elamite p̄ncipes persidis Secūdus assur. a quo assiriorū pullulauit imperium Tertius arfaxat. a quo caldeoz gens exorta est Quartus iudi. a q̄ lidij Quintus aram. a quo syri quorum metropolis fuit Damascus. Fily arā. nepotes sem q̄tuor hus. & vl. gether. & mesa. Hus traconitidis conditur q̄ inter palestina & cesaream tenuit principatum. Vnde fuit Iob secundū qd̄ scriptū est. Vir erat in terra hus nomie Secundus vl. a quo armenij Tertius

gether. a quo carmanij siue carij. Quartus
mesa a quo sunt hij qui vocantur meones.
Posteritas arfaxat filij sem. Heber nepos ar
faxat. a quo hebrei sunt Iectan filius heber.
a quo indorum gens orta est Sale filij iectan
a quo bactriani: licet eos alij scitarum exales
suspicientur. ysmabel filius abraham. a quo
ismabelite qui nuc corrupto nomine sarraceni
quali a fara & agareni ab agar. Nabaioth fili
us ismabel. a quo nabatheii qui ab effrata in
mari rubro inhabitant Moab & ammon filij
lorb. a quibus moabite & ammonite Edom fi
lius esau. a quo ydumei Hee sunt gētes que
de sem stirpe descendūt. possidentes terram
meridianam. Ab ortu solis. vsq; ad fenices.
Fily cham. 4. a quibus orite sunt gentes hee.
Chus a quo pgeniti ethyopes. Mesraym a
quo egiptij phibentur exorti. Futh a quo
liby Vnde & mauritanie fluius vsq; in pns
dicatur futh. omnisq; circa eam regio futēsis
Canaan a quo affri & fenices & chananei. 10.
gentes. Item ex nepotib; cham Fily chus.
saba. euilat. sabata. rema. saba. & cusa. Saba a
quo pgeniti & appellata sabei De quo Vir
gilius Solis est terea virga sabeis. Euilath.
a q; getali in pte remotioris affrice heremo co
herentes Sabata. a quo sabatei: qui nuc astas
bari noiantur Rema vero & saba & cusa pau
latim antiqua vocabula pdiderūt. & q; nuc
a veteribus habeatur ignoratur. Fily rema
saba & da. la Hic aut saba p sin litteram scri
bitur in hebreo. ille aut superior saba p samet
a quo appellantur sabei. vocatur aut nunc
saba arabia. Dadan a quo gens est ethiopiae
in occidentali plaga Fily mesraym labin a q;
libij qui quondā iuthei vocabantur. Cello
ym. a quo philistim: quos veteres allosilos
nos modo corrupte palestinos vocam⁹ de
allosilis ceterae sex gentes ignote sunt. q; bel
lo ethiopico subuerse vsq; ad obliuionē pre
teritorum nomim puenerunt Fily chanaan.
11. ex quo chananeorū. 10. gentes quorum
terrā his expulsis iudei possederūt. Quorū
pmogenitus. sydon. a quo sydones. Vnde
& vrbs eorū in fenice sydon vocatur. Secū

duus eth. a quo ethei Terci⁹ gebus. a quo ge
busei. quorū fuit Iherusalem Quartus amor
reus. a quo amorrei. Quintus gergeseus. a q;
gergesei. Sextus euens. a quo euei. Ipsi sunt
gabaonite. a ciuitate gabaon: q; supplices ve
nerunt ad iesum. Septimus aracheus q; ar
chas condidit contra oppiduz tripolim in
radicibus libani sitū. Octauus asene⁹ a quo
asenei Nonus aradius. a q; aradij. q; aradiū in
sulam possederant angusto fretu a fenicis lie
toree sepatam. Decimus amareus a quo sirie
nobilis ciuitas que vocatur celis. Vndeci
mus amatheus. Hee sunt gentes de stirpe.
Cham que a sydone vsq; ad gaditanū fretū
omnem meridianā ptem tenent. Item trib;
filiolarum Iaphet. Filij aut iaphet. septem no
minatur Gomer. ex q; gallathe. i. galli. Ma
gog. a quo arbitratur scitas et gothos tra
xisse originem. Madai. a q; medos existere
putant Iuan. a quo iones q; et greci. Vñ &
mare ionium Tubal. a quo hiberi. qui & hy
spani. licet qdam ex eo & ytalos suspicetur
Mosoch. ex quo capadoces sunt. Vnde &
vrbs apud eos vsq; hodie maleca dicitur.
Tyras. a quo traces. quorū non satis immu
tatū vocabulum ē quasi tiraces Fily gomer
nepotes Iaphet astanas. a q; sarmate: quos
greci reginos vocant Risan. a q; paslagonas
Gotorna. a quo sunt friges Fily iuan. elisa
a quibus greci helisei qui vocantur colides.
Vñ & lingua quinta grece eolis appellatur.
Tharsis. a q; cilices vt iosephus arbitratur.
Vnde & metropolis ciuitas eorū tharsis di
citur Cethim. a quo cithi. i. cipry. a quibus
hodieq; vrbs scythia noiat. dadanim a q;
rodij. Hee sunt gentes de stirpe iaphet. que
a thaurō monte ad aquilonē. mediā ptem as
sie. & omnem europā. vsq; ad oceanū b r i
tannicū possident noia & locis & gentibus
relinquentes. de quibus postea immutata sunt
plurima. cetera pmanent vt fuerūt. Nā mul
tarum gentiū vocabula ptem manserunt ita
vt hodieq; appareat vnde fuerant deriuata
sicut ex assur assiry. ex heber hebrei Partim
vero tps vetustate ita mutata sunt. vt vix

homines doctissimi antiquissimas hystorias
p̄scrutantes: nec omniū sed aliquarū ex istis
origines gentiū poterint repire. Nā qđ ex fi-
lio chā qui vocabatur mesraym egiptij sunt
exorti. nulla hoc resonat origo vocabuli. si-
cut nec ethiopū qđ dicuntur ad eū filiū cham
p̄tinere qđ chus appellatus est. Et si omnia cō-
siderentur. plurima tamen gentiū mutata qđ
manentia vocabula apparēt qđbus postea no-
mia diuersa: ipis diuersa dedit ratio. Mamq;
indi ab indo flumie dīcti sunt. qđ ab occiden-
tali p̄te eos includit. Seres a p̄prio oppido
nomē sortiti sunt. gens ad orientē sita. apud
qđs de arborib; lana cōtextitur. De qđbus est
illud Ignoti facie: sed noti vellere seres. Gan-
garide populi sunt inter assirios indosq; in
habitātes circa gangē fluiū. Vñ etiā ganga-
ride nūcupati sunt. Hyrcani dīcti sunt a silua
hircana: vbi sunt plurimi tigres. a flumie ti-
grī nūcupati. Bactriani scīte fuerunt qđ suorū
factione a sedib; suis pulsi iuxta bactrō orie-
tis fluiū cōfederūt. ex cuius vocabulo &
nomē sortiti sunt. Huius rex fuit zoroastes
inuentor magice artis. Parthi qđq; & ip̄ia scī-
tis originē trahunt. Fuerūt em̄ eorū exules
qđ etiā vocabulo eorū manifestatur. Nā scī-
tico sermone exules parthi dicuntur. Hi simi-
liter vt bactriani domesticis seditionib; sci-
tia pulsi solitudinē iuxta hircaniam p̄mū sur-
tim occupauerūt. Deinde pleraq; finium eti-
am virtute obtinerunt. Assirij. ab assur filio
sem vocati gens potētissima. qđ ab eufrate vs-
q; ad indorū fines om̄em in medio tenuit re-
gionem. Medi a rege suo cognōati putātur.
Nāq; iason peliaci regis frater: a pelie filius
thessalia pulsus est: cū medea vxore sua cui-
us fuit puignus medus rex atheniensū: qui
post mortē iazonis oriētis plagā p̄domuit
ibiq; mediā vrbem cōdidit. gentēq; medorū
noīe suo appellauit. Sed inuenim; in gene-
qđ maday auctor gētis medorū fuit. a quo
& cognōati vt sup̄ius dīctū est. Perse. a per-
seo rege sunt vocati: qđ e gretia asima transi-
ens ibi barbaras gētes graui diuturnoq; bel-
lo p̄domuit. Nouissime victor nomē subie-

cte genti dedit. Perse autē añ cirū ignobiles
fuerūt. & nullius inter gentes loci habeban-
tur. Medi semp potētissimi fuerūt. Caldei qđ
nūc caldei vocantur. a caeth filio nachor.
fratris abrahe cognōati sunt. Sabei dīcti qđ
ē supplicari & venerari. quia diuinitatē p̄ ip-
sorū thura veneramur. Ip̄i sunt & arabes qđ
in mōtib; arabie sunt. qđ vocantur libanus
& anthilibanus: vbi thura colligūtur. Siria
surin vocati p̄hibētur. qđ fuit nepos abraam
ex cethura. Quos autē veteres assirios: nunc
nos vocamus siros a p̄te totum appellantes
Hebrei. vocati sunt ab heber: qđ p̄nepos fu-
it sem. Israhelite. vero ab israhel filio ysaac.
Nā patriarcham hebreorū cōstat fuisse isra-
hel. A quo. 12. tribus iudeorū israhelis vo-
cabulum sortiti sunt. Iudeis autē scissura. 10.
tribuum noīa imposuit. Nam antea hebrei
siue israhelite nūcupabantur. Ex quo autē in
duo regna populus dei diuisus est tūc due
tribus que de stirpe iuda reges habebāt: iu-
deorū nomē sortiti sunt. Reliq; p̄s. 10. tribu-
um qđ in samaria sibi regem constituit ob po-
puli magnitudinē p̄stinū nomē retinuit isra-
hel. Samaritanorū. gens sumpsit ex ordiaz
ab assirijs qui transmigrati habitauerunt in
samaria. qđ latine interpretantur custodes. eo
qđ captiuato israhel isti in terram regionis
eorū ad custodiā collocati sunt. Fenix. cath-
mi frater de thebis egyptiorū in siriam p̄se-
ctus apud sydonē regnauit eosq; populos
ex suo noīe fenices eamq; p̄uincia feniciā nū-
cupauit. Sydones autē a ciuitate qđ vocatur si-
don traxisse vocabulum p̄hibētur. Sarrace-
ni dīcti. vel quia ex sara genitos se p̄dicēt. vl̄
sicut gētiles autē qđ ex origine siroū sint qđ
si sirigine. Hij p̄ amplam habitant solitudinē.
Ip̄i sunt & ysmahelite vt liber geneleos do-
cet. qđ sint ex ysmahel. Ip̄i cedar a filio yf-
mahelis. Ip̄i agareni ab ager qui vt dixim;
puerulo noīe sarraceni vocantur quia ex sara
se genitos gloriātur. Philistei. ip̄i sunt palesti-
ni quia p̄. Irām sermo hebreus nō habet: sed
pro eo. ph. greco vtūtur. Inde philistei pro
palestinjs dicuntur a ciuitate vtiq; sua. Idem.

et allophili. i. alienigene. ob hoc qui semper
fuerant inimici israel. & longe ab eorum gene
re & societate separati. Chananei appellati de
chanaan filio cha qrum tertia iudei possede
runt Ex cuius origie fuit emor pater sichea q
amorreii sunt nuncupati. Egipth ab egipto q
da suo rege vocati sunt. Na antea aerij dice
bantur Interpretatur aut lingua hebraica egip
th affligetes. eo qd afflixerit dei pplm p usq
diuino auxilio liberarunt. Armeni ex thessa
lia vn de numero ducunt iasonis q ad colch
os pfecti sunt: recollecta multitudie q amisso
rege iasone passim vagabatur armenia codi
dit. gētiq. ex suo vocabulo nome dedit. Li
mes e phic. q scitas ab eis diuidit. Scythia
cognosciat. a q limite scite a qbusda phibetur
vdcati gens antiqssima semp habita. Hi par
thos bactriano sq. Femie aut eorum amasonu
regna codiderunt Massagete ex scitaru origi
ne sunt Et didi massagete qsi gues. i. fortes
gete Na sic liuius argentu gues dat. i. massas
Hij sunt q int scitas atq. albanos septetrio
nalib. iugis inhabitat. Amasones. didi sunt
seu qd simul vineret sine viris qsi amayson.
sine qd adustis dexteriorib. mamis essent ne
sagittar. iact. impediretur Nudabant em q
adusserat mamam Has ticius vnimamas di
cit. Na hoc e amazon. q. anesmasoin. i. sine
mama Has iam no esse qd earu gētes ptim
ab hercule. ptim ab achille. vel ab alexandro
vsq. ad internitōem delete sunt In ptes asia
tice. Scithie. gētes q posteras se iasonis cre
dunt albo crine nascuntur ab assiduis niuib. et
ipi capilli color gēti nome dedit. et inde di
cuntur albani Horu glauca ocul. i. picta inest
pupilla. adeo vt nocte plusq. die cernat. Al
bani aut vicini amasonib. fuerant. Vngnos
antea humos vocam. postremo a rege suo
abares appellatos. q pas in vltia meotide in
ter glaciale tanaym & massagetarū in manes
pplos hitauerunt Deinde pnicib. equis cauca
si rupib. feras gētes alexandri claustra cohibe
te ruperunt. & oriente. 20. annis tenuerunt cap
tium et ab egiptijs atq. ethiopijs annuuz
vedigal exegerunt. Troianor. gens antea

dardana. a dardano rege noata. Na dar da
nus & iasus fratres e gretia pfecti: ex his ya
sius ad tratia dardano ad frigia puenit ibiq.
pmus regnavit postq. filius eius erectonius
deinde nepos eius tros a q troiani. nuncupati
sunt Galathe galli esse noscuntur q in auxiliu
a rege bithinie euocati regnum cum eo per
acta victoria diuiserunt sicq. deinde grecis
admixtim pmum gallo greci nunc ex antiq
gallorum nome gallathe nuncupantur. Gre
ci ante thessalia thessalo Postea a greco rege
greci sunt nuncupati Na greci pprie thessali
sunt Laphitas aut gente thessalie fuisse. aut
circa penion amnem olim inhabitatem. a la
phita apolinis filia nuncupatas Sicionij gre
ci sunt nuncupati a sicionio rege Hij pmum
agialei vocabantur a rege agialo qui pmus
sicionijs impauit. a quo & agealea ciuitas
nuncupata est que nunc peloponensis a pe
lope rege suo vocatur. Ipsi sunt et archades
ab archade rege iouis caliste filio didi. Da
nay a danao rege vocati. Idem et argiui ab
argo conditore cognominati. Postq. aut rex
grecorum apis mortuus est. Huic filius arg
successit in regnu et ex eo argiui vocati sunt
qui etiam ab eis post obitum vt deus habe
ri cepit templo & sacrificio honoratus Ach
ei qui & achini ab acheo iouis filio didi. Pe
lasgi nomiati. quia cu velis panlis verno te
pore aduenisse ytaliam visi sunt vt aues. Pri
mo em eos varro ytaliam appulisse come
morat Greci vero pelasgos a ioue & larisse
filio phibent dictos. Mirmidones fuerunt
achilis socij delopes pirri Didu aut mirmi
dones pppter astatia quasi mirmiceidest for
mice Eratostenes aut dicunt dictos mirmido
nes a mirmidone duce iouis & eari meduse
filio. Cectropi atheniensiu regi successit a gra
nus. cuius filia athis nome & regioni & ge
ti dedit Et ex ea attici cognomiati qui sunt
athenienses Ion vir fortis ex suo noine eol
dem athenienses vocauit iones Macedones
a nome macionis regis antea emaci nuncupa
ti sunt. Postea macedones didi a macedone
rege deucalionis materno nepote. Epirote.

a pirro achillis filio pri^o pirride. postea ve-
ro a pirro rege ad ytaliam transire psumpse-
runt. Dorus neptuni & ellepis fili^o fuit vñ
dori et originem & nomē ducunt. Sunt autē
ps grecie gentis ex quibus etiam cognōiata
est tertia lingua grecorū. q̄ dorica appellatur
Lacedemones. a lacedemone semele filio di-
di. Hī diu p̄seuerantes in bello cōtra messe-
nios veriti: ne diuturnitate prelī plis spem
pderent: p̄ceperunt: vt virgines eorū cū iu-
uenibus domi relictis concubarent. sicq; ex
p̄miscuo virginum et maritorum concubitu
iuvenes de incertis parentib; nati sunt. & ex
nota materni pudoris spartani vocati sunt
Nā ip̄os esse spartanos quos & lacedemos-
nes spartanos vero p̄pter repentinos ad-
uentus aduersus cadmum quasi de terra con-
tractos & ex omni pte confluctos ita voca-
tos. Traces ex filio iaphet qui vocatus est ti-
ras & orti et cognōiati vt supius dictum
est p̄hibentur licet gentiles eos ex moribus
ita dictos existiment q̄ sint truces. Seuissi-
mi em̄ oīm gentium fuerunt. vnde et multa
de eis fabulosa memorantur q̄ captiuos di-
is suis laterent & humanum sanguinē in os-
sibus capitam portare soliti sunt. De quibus
Virgilius Heu fuge crudeles terras. fuge li-
tus auarum q̄si crudelium & auarorū. Ystra-
torum gens originem a locis ducit: qui mis-
si ad argonautas p̄sequendos vt a ponto
intrauerunt. Hystrum. fluium a vocabulo
amnis quo a mari recesserant appellati sunt.
Romani a romuli nomē nuncupati q̄ vrbē
romam condidit gentiq; & ciuitati nomē de-
dit. Hī ante a saturno saturni. a latino latini
vocati sunt. Nam latinus ytalie rex fuit: qui
ex suo nomē latinos appellauit. qui postea
romani nūcupati sunt. Hī & quirites dicti:
quia quirinus dictus est romulus q̄ semp
hasta vtebatur: que sabinorū lingua quiris
dicitur. Italus quoq; & sabinus & sicani^o fra-
tres fuerunt. ex quibus nomē populis im-
posita et regionibus sunt. Nam ab ytalo ita-
li. a sabino sabinī. a sicano sicani: qui et siculi
cognominati sunt. idem & sicilienses. Tusti

ytalie gens est a frequentia sacri. & thuris
vocata Vmbri ytalie genus est: sed gallorū
veteri in ppago: qui appenninū montem in-
colunt. de quibus hystorie p̄hibent eo q̄ tē-
pore a quo se cladis ymbribus sup̄suerint.
& ob hoc vmbrios grece nomiatos. Marsie
gens ytalie dicta a comite liberi marsia qui
vsum illis vitium ostendit: et ob hoc isti sta-
tuā fecerunt. quā postea romani vidis mar-
sis tulerunt. Marfos autē greci tuscos vocāt
quasi multos serpentes habeant illesos autē
carniū esse maleficijs. Inhabitāt autē plagas
appennini montis simul cū vmbrijs. Gothi
a magog filio Iaphet noīati putātur de simi-
litudine vltime sillabe quos veteres magis ge-
thas q̄ gothos vocauerūt. gēs fortis et po-
tentissima corporū. mole. ardua. armorū gene-
re terribilis. De quibus Lucanus. Hinc dacus
premat inde gethes occurat hiberis. Daci
autē gothorū soboles fuerūt. et dictos putāt
dacos. q̄. dagos. quia de gothorū stirpe cre-
ati sunt. De quibus ille Ibis arcus p̄cul vsq;
ad dagos Bessi barbati fuerūt: q̄ a multitu-
dine boū sic vocati credūtur. De quibus q̄dā
Qui colit terre medio vel ille diuitis multo
boue pilleatus accola ripe. Si pedes. pedest-
ri plio magis q̄ equestri sunt vsi. & ex hac
causa ita sunt vocati. Sarmate patentib; cam-
pis armati ineq̄tabāt priusq; eos lentulus da-
nubio p̄hiberet. atq; inde ob studiū armorū
sarmate nūcupati existimātur. Lanus fluius
fertur vltē danubiū. a q̄ alani dicti sunt. sicut
& populi habitātes iuxta lemānum fluiuz
alemani vocātur. De quibus Lucan^o. Deserue-
re caua tētoria fixa lemāno. Longobardos
vulgo ferūt noīatos a p̄lixa barba & nunq̄
tonsa Bādelic^o. amnis ab extremis gallie eru-
pens iuxta quē fluiū habitasse & ex eo ex-
isse nomē bandeli p̄hibetur. Germanice gen-
tes dicte q̄ sint immania corpora immanesq;
nationes seuissimis durate frigorib; qui mo-
res ex ip̄o celi rigore traxerūt: feroces animi
& sp̄ indomiti raptu venatuq; viuētes. Ho-
rum plurime gentes. varie armis. discolores
habitu. liguis dissonē. et origine vocabuloꝝ

incerte vt tolerates sampsi. variquadi tūgrī
mar comāni. bruteri. camasi. blāgiane tuban-
tes: q̄rum immanitas barbarie etiam in ip̄is
vocalibus hororem quēdam significat. Sue-
ui ps germanorum fuerūt in fine septentrio-
nis. De q̄bus Lucanus. Fundit ab extremo
flauos aquilone sueuos. Quorū fuisse centū
pagos & ppl̄os multi tradiderūt. Didi autē
sueui putātur a monte sueuo q̄ ab ortu initiū
germanie facit. cuius loca incoluerūt. Bur gū
diones quondā a romanis subacta interio-
re germania p̄ castrorū limites positi a tiberio
cesare in magnā coluerūt gentem atq; ita no-
mē ex locis sumpserūt quia crebra p̄ limites
habitacla cōstituta: burgos vulgo vocāt
Hij postea rebelles effecti romanis: plusq; 80
milia armatorū ripe reni flum̄is insederūt &
nomē gētis obtinuerunt Saxonū gens in oc-
ceani maris litoribus & paludib; in v̄ijs sita
virtute atq; agilitate habilis Vñ et appella-
ta qd̄ sit durū & validissimū genus homim̄
& p̄stans ceteris pyratiscis Francia quodā
pprio duce vocari putatur Alij eos a ferita-
te morū nūcupatos existimāt. Sūt em̄ in ill̄
inconditi naturalisq; ferocitas animorū. Bri-
tones. q̄dam latine nomīatos suspiciātur: eo
qd̄ bruti sint gēs int̄ oceanū iterfuso mari q̄
si ext̄ orbē posita De q̄bus virgili⁹ Tōto di-
uisos orbē britanos Scoti. ppria lingua no-
men hñt a picto corpe eo qd̄ aculeis ferreis
cū attramento variarū figurarū stigmatē an-
notentur Galli. a candore corporis nūcupati
sunt Gala em̄ grece lac dicitur. Vñ et sibilla
sic eos appellat: cū ait de h̄ijs Tūc lactea col-
la auro innectūtur Scdm̄ diuersitatē em̄ celi
& facies hoim̄ & colores & corporū q̄ntita-
tes & animorū diuersitates existūt Inde ro-
manos graues. grecos leues. afro versipelles
gallos natura feroces atq; acriores ingenio
quidemus qd̄ natura climatū facit Galli autē
senones antigtas zenones dicebātur qd̄ li-
berū hospitio recepissent. postea. 3. in. f. lra
cōmutata ē Vacca oppidū fuit iuxta pirene-
um a q̄ sunt cognomiati vaccei. de q̄bus cre-
ditur dixisse poeta. Lateq; vagātes vaccei.

Hij pirenei iugis p̄ amplam mōtis habitant
solitudinē Idem & valcones q̄si vacanes. c.
in. f. literam demutata. qd̄ genus pompeius
edomita hispania: et ad triūphū venire festi-
nans de pirenei iugis deposuit: & in vnum
oppidū cōgregauit. Vñ & cōuenarū vrbs
nomē accepit Hyspani ab hiberi amne pri-
mū hiberi. postea ab hispalo hispani cogno-
minati sunt Gallici. a cādore didi finguntur.
Vñ et galli Reliqs em̄ hispanie ppl̄is candi-
diores existunt Hij grecā sibi originē asserūt
Vñ et naturali ingenio callēt Sigdem post fi-
nem troyani belli teuerū. morte ayacis fra-
tris in visum patri telamoni dū non recipere-
tur in regnū ciprū cōcessisse ferunt. ibiq; vr-
bem noīe antiq; patrie salaminam cōdidisse
inde ad gallitiā p̄fect⁹ expositis sedib; ex
loco nomē gētis dedisse Astures. gens hyspa-
nie vocati eo qd̄ circa ysturam flumen septē
mōtib; siluisq; crebris inhabitēt. Cantabri
gens hyspanie a vocabulo vrbs: et hiberi
amnis cui insidūt appellati Horū anim⁹ per-
tinax & magis ad latrocinandū: & ad bellan-
dum & ad p̄petiendū verbera semp̄ parati.
Celtiberi ex gallis celticis fuerūt quorū ex
noīe appellata ē regio celtiberia. Nā ex flumī-
ne hispanie hiberi vbi cōfederāt & ex gal-
lis q̄ celtici dicebātur: mixto vtroq; vocabu-
lo celtiberi nūcupati sunt Afri. appellati ex
vno ex posteris abrahe q̄ vocabatur. afer q̄
dicitur duxisse aduersus libiā exercitū & ibi
vidis hostib; cōsedisse. eiusq; posteros ex
noīe atani & afros & affricā nūcupasse. Peni
autē cartaginenses sunt a fenicib; nūcupati: q̄
cū didone p̄fecti sunt. Tirij vero a tiria vr-
be fenicū nūcupati de q̄ p̄fecti sunt: & in affri-
ce litus venerūt. Getuli. gethe dicūtur fuisse
q̄ ingēti agmine a locis suis nauib; cōcēde-
tes loca sirtū in libia occupauerūt & quia ex
gethis venerāt: deriuato noīe getuli cogno-
minati sunt. Vñ & opinio ē apud gothos
ab antiq; cognatione mauros cōsanguinitate
ppinqs sibi vocare Affricā autē initio habu-
ere libies. deinde afri. post hec getuli: postre-
mū mauri: & numides Mauri et numide ut

afri putāt sic sumpserūt exordiū & vocabu-
lum Nā postq̄ in hyspania hercules interijt
& exercitus eius cōpositus ex varijs gētibz
amisso duce passim sibi sedes q̄rebant: et ex
eo numero medi & pse & armeni nauibus in
affricam transse di p̄xima maris loca occupa-
uere sed pse dum materiā in agris p̄ cōstruē-
dis domicilijs nō inuenirēt & ignara lingua
cōmercium p̄hiberet. p̄ patētes agros & di-
uerfas solitudines vagabātur & a pabulatio-
nibus vagabundis: semeti p̄os pp̄ria lingua
numides appellauerūt. i. sine opido vagos
& errantes. Medi aut̄ cū libijs se miscuerunt
q̄ p̄xima hispania inhabitabāt: quoz nomē
paulatim libies corrūpe barbara lingua mau-
ros pp̄ter medos appellātes: licet mauri ob
colorem a grecis nomientur. Greci em̄ nigrū
mauron vocant. Esti sero qp̄pe calore afflati
acri coloris sp̄em ducunt Massilia ciuitas af-
frice est nō longe ab athlāte & ortis hesperi-
dum a qua ciuitate massilij exorti sunt: quos
nos corrupte massulos vocam⁹ De quibus
Virgilius. Hic inde massilie gentis mōstra-
ta sacerdos Gaulali. gētes sunt a meridie vsq̄
oceanum hesperiu p̄ vagantes Hys nos
men gauoen insula dedit que ē iuxta ethio-
pam: vbi nec serpēs nascitur nec viuit. Ga-
ramantes populi affricę p̄pe cyrenas inha-
bitantes. a garamante rege. Appollinis filio
nomiati: qui ibi ex suo nomie garama oppi-
dum cōdidit Sūt aut̄ p̄ximi gentes ethyo-
pum De q̄bus Virgilius Extremi garaman-
tes Extremi aut̄: quia seui & a cōsortio hūa-
nitatis remoti Hesperij vero sunt q̄ circa hy-
spaniam cōmorantur Nā hispania hesperia
dicitur. Ethiopes dicti a filio cham q̄ voca-
tas ē chusa quo originē trahunt Chusa em̄
hebraice. ethiops interpretatur. Hī quondā
a nilo flumie cōsurgētes. iuxta egiptū inter
nilum & oceanum: in meridie sub ip̄a solis
vicinitate insederūt. quoz tres sunt populi
hesperi. garamantes & indi Hesperij sunt oc-
cidentis. garamantes tripolis: indi orientis
Trogodite gens ethiopum: ideo nūcapati
q̄ tanta celeritate pollent vt seras cursu pe-

dum alleq̄ntur Pamphili et in ethiopia sunt
q̄bus esta ē quicqd̄ mandi potest et omnia
fortuitu gignētia: vñ & appellati. Ichthio-
phagi. q̄ venādo in mari valeant. & pisci-
bus tantū alantur Hī post indos mōtanas
regiones tenent q̄s subactas alexāder mag-
nus vesci pisces p̄hibuit. Antropophagi.
gens asprima sub regione siricū sita qui quia
hūanis carnibus vescūtur. ideo antropopha-
gi noiantur Itaq̄ sicut his ita et ceteris gen-
tibus p̄ secula. aut a regibus. aut a locis. aut
a moribus Vel ex q̄bullibet alijs causis im-
mutata vocabula sunt. ita vt p̄ma origo no-
minis eoz tēporū vetustate nō pateat lam
vero hī qui antipode dicūtur eo q̄d cōtra-
rij esse vestigijs nostris putātur. vt q̄si sub
terris positi aduersa pedibz nostris calcant
vestigia nulla ratione credēdum ē. quia nec
soliditas patitur: nec cētrum terre. sed neq̄
hoc vlla historie cognitione firmatur. Sed
hoc poete q̄si ratiocinādo cōiectāt Titanas
aut̄ quosdaz in gretia serunt fuisse robustos
& excellentes viribz populos q̄s serunt fa-
bule ab irata cōtra deos terra ad eius vlcio-
nem creatos Vñ et titanes dicti sunt. i. ab vl-
tione. q̄d q̄si vlciscende matris terre causa ī
deos armatos existerēt. quos fabule a ioue
bello fuisse supatos atq̄ extinctos fingūt p̄-
pter q̄d e celo iactis fulminibz interierunt.

De mundo et eius noie. CA LII

Vndus ē vniūsitatis omis. qui con-
stat ex celo et terra et mari. cūdiq̄
sideribus Qui id circo mūdus est
appellat⁹. quia semp in motu ē. nulla em̄ req̄-
es eius elamētis cōcessa ē. De q̄ Paul⁹ ap̄lus
ait Preterit em̄ figura huius mūdi Scdm̄ au-
tē misticū sensum mūdus cōpetenter homo
figuratur. quia sicut ille ex. 4. cōcreatus ele-
mentis: ita & iste ex. 4. cōstat hūoribz vno
tpamento cōmixto. Vñ et veteres hoies in
cōmunionē fabricę mūdi constituerūt. siqui-
dem grece mūdus cōsmos homo aut̄ cōsmos
micrū. i. mior mūdus appellat⁹ scilicet & p̄
mundo nōnunq̄ scriptura peccatores in sinu
at De q̄bus dictū est & mūdus eum nō cog-

nouit Formatio mūdi ita demōstratur. Nā
quēadmodū erigitur mūdus in septētriona
lem plagaz ita declinatur in austrālē Caput
aut eius & facies orientalis regio. Vltia ps
occidētalis ē. Nam ptes eius. 4. sunt Prima
ps mūdi orientalis Scda meridiana. Tertia
occidētalis Vltima vero atq; extrema septen
trionalis Virgili⁹. Qua circū extrema dext
leuaq; trahūtur Cerule & glacie cōcrete atq;
imbribus astris Et Lucanus Sic mundi ps
yma iacet quā zona niualis. perpetue q; pre
munt hyemis.

De quib; circularis mundi. CA LIII

N diffinitione aut mūdi. circulos
i aut philosophi. 4. Quos greci pa
ralellos. 1. zonas vocāt. In qbus
diuiditur orbis terre Has virgilius in geor
gicis dicens ondit Quic; zone tenēt celum
qrum vna coruscō: sed fingam⁹ eas Alij pel
leloix dicitur in modum dextere nostre vt
pollex Prim⁹ circulus arctic⁹: ē septētrional.
frigore inhabitabilis Scds circulus solsticia
lis terrinus habitabilis & tpatus. Tertius.
eqnoctialis torridus inhabitabilis Quartus
circulus hyemalis exemerinus tpat⁹ hītabi
lis Quint⁹ australis ē circulus antarcticus ca
lidus inhabitabilis De qbus varro ita dicit
Agnq; etheris zonas accingitur orbis. Ac
vastant ymas gemis mediamq; coloris Sic
terre inter extremas mediāq; colūtur. Quaz
solis valida nūq; vt afferat ignem. Sed ideo
eqnoctialis circulus inhabitabilis ē: quia sol
p mediū celū currēs. nimium his locis facit
feruorem Ita vt ne fruges ibi nascantur ppē
exustam trā Nec hoies ppter ipm ardorē
hītare pmittūtur At contra septētrionales
& australes circuli non habitātur quia a cur
su solis longe positi sunt. nimio celi frigore
ventozq; gelidis flagitibus cōtabescūt Sol
sticialis vero circulus q; in oriente int septen
trionalē & estiuū ē collocat⁹ vel iste q; in occi
dente: inter estiuam et australem positus Et
ideo tpat⁹ sunt eo qd ex vno circulo frigo
ra ex altero calorē habeāt De qbus Virgili
us. Has inter mediāq; due mortalib; egris.

cōcesse sunt munere diuo Sed q; pximi sunt
estiuo circulo: ipi sunt ethiopes nimio calo
re perusti.

De partibus terre. CA LIIII

Erra vt testatur yginus mūdi me
t dia regione collo cata omibus pti
bus equali desidens interuallo cen
trum obtinet. Oceanus aut regione circū
ductiōis spere pfusus. ppe totius orbis ablu
it. Finis itaq; & signa occidētia in eū cadere
existimātur Regio aut terre diuiditur trifas
rie Ex qbus vna pars. Europa. Altera. Asia
tertia Affrica vocatur. Europa vero ab affri
ca diuidit mare ab extremis oceani finibus
& herculis colūnis Asia & libia cū egipto de
terminat hostiū nili flumis qd canopicū ap
pellatur Asia aut vt ait sanct⁹ Ambrosius.
Ameridie p oriētem vsq; ad septētrionē p
uenit Europa vero a septētrione vsq; ad oc
cidentem. atq; inde affrica ab occidente vsq;
ad meridiem Vñ euidenter orbē dimidium
due tenēt europa & affrica aliū vero dimidiū
sola Asia: sed ideo ille due ptes facte sunt.
quia inter vtrasq; ab oceano mare magnū
ingreditur. Toti⁹ aut terre mēsuram geome
trici. 180000. miliū stadiorū existimauerūt
300. aut in lōgitudine. 200. in historijs ca
tholicis hoc dicit. Omnes nationes q; vicine
sunt soli. nimio calore perustas. ampli⁹ qdem
sape sed minus habere sanguis dicūt. Prop
terea cōstantiā ac fiduciā cominus nō habe
re pugnādi: quia metuunt vulnera: quia exi
guum sanguis se habere nouerūt. At cōtra
septētrional⁹ populis a solis ardore remot⁹
in q insultores qdem. sed tamē largo sanguie
redūdantes sunt ad bella promptissimi.

De quatuor partibus celi. CA LV

Limata celi. 1. plage vel partes q
c uor sunt Ex qbus pma ps oriēta
lis ē vñ alique stelle oriūtur. Scda
occidētalis vbi nobis alique stelle occidunt
Tertia septētrionalis vbi puenit sol in dieb;
maioribus. Quarta australis vbi sol puenit
noctib; maioribus Oriens aut ab exortu so
lis ē nūcupatus Occidēs qd diem faciat occi

d:re & interire. Abscondit em̄ lumē mundo
 & tenebras sup̄ inducit Septērio aut̄ a sep
 tē stellis axis vocat̄ q̄ in ip̄o reuolute rotā
 tur. Hic pprie & vertex dicitur eo qd̄ ver
 titur. Meridies aut̄ vocatur vel qd̄ ibi sol
 facit mediū diem q̄si medidies ul̄ quia tunc
 purius micat ether. Merū em̄ purū dicitur.
 Sūt et alia. 7. climata celi. q̄si. 7. linee ab ori
 ente vsq; ad occidentem: sub quib; et mores
 hoīm dispares. atq; aialia specialiter diuersa
 nascūtur. q̄ vocata sunt a locis q̄busdā famo
 sis q̄rū Primū ē merois Scdm̄ syenes Tertiu
 alexādrīa. Quartū rodus. Quintū ellespon
 tus. Sextū pōticus. Septimū borisshenes.
 Cardēs extreme ptes sunt axis & dicti car
 dines eo qd̄ p̄ eos vertitur celū. Poli sunt
 circuli q̄ currūt p̄ axem Horū alter ē septētri
 onalis. quia nūq; occidit appellaturq; bore
 Alter australis q̄ nūq; videtur & austranot
 dicitur Et dicti poli qd̄ sint axium circuli ex
 vsu plaustrorū a poliēdo scilicet noīati. Sed
 polus boreus semp̄ videtur. austronothus
 nūq;. quia dext̄ celi altiora sunt: pressa austrī
 Cōnexa extrema celi sunt. a curuitate dicta.
 Nā cōnexum curuū ē. & inclinātū et in mo
 dum circuli flexū. Lacteus circul⁹ via ē q̄ in
 spera videtur. a cādore dicta. quia alba est.
 quā aliq; dicūt viā esse qua circuit sol et ex
 splendoris ipsius transitu ita lucere.

De circulis celi. CA LVI

Abitatio ista celi: circuloꝝ distin
 b̄ eta zonis q̄sdam ptes tēperie sua
 in colore pmisit. q̄sdam negauit e
 normitate frigoris aut̄ caloris Zone aut̄ ip
 se qnq; sunt. que ideo zoni vel circuli appel
 latur. eo qd̄ incircūduōne spēte existunt
 Quorū primus circulus ideo arcticos appella
 tur: eo qd̄ inter eū arctari signa inclusa p̄spi
 ciūtur q̄ axes in vrsarū specie ficta septētri
 ones appellatur Secundus circulus exuteris
 nus tropic⁹ dicitur. quia in eo circulo sol a
 q̄lonis finib; estatē faciēns: vlt̄ eū circulū nō
 transit: sed statim reuertitur: & inde tropic⁹
 appellatur. Tertius circul⁹ bymerinus q̄ a la
 tinis ideo eqnodialis appellatur: eo qd̄ sol

cū ad eū orbem puenerit: eqnoctiū facit Hi
 merinus em̄ latine dicitur dies atq; nox: q̄
 circulo dimidia spere ps cōstituta p̄spicitur
 Quart⁹ circulus antarcticus vocatur: eo qd̄
 cōtrarius sit circulo quē arcticon noīamus.
 Quint⁹ circulus cimeriū tropicus: q̄ a latīs
 hiemalis siue brunalis appellatur: ideo quia
 cū sol ad eū circulū puenit: hyemē his q̄ ad
 aq̄lonem sunt facit. estatē aut̄ his q̄ austrī p
 tib; cōmoratur Zodiac⁹ aut̄ circul⁹ ē q̄ ex
 linearū qnq; angul̄ et ex vna linea cōstat.

De mēsuris agrorū. CA LVII

Ensura ē quicqd̄ pōdere capacita
 m te. longitudie. altitudine animoq;
 finitur. Maiores itaq; orbē in pti
 bus. ptes. in puintijs. puintias. in regiones
 regiones. in locis. loca. in territorijs. territo
 ria. in agris. agros. ī cēturijs. centurias. in iu
 gribus. iugera. in climatib;. deinde climata.
 in actus particas. passus ḡdus. cubitos. pe
 des. palmos. vntias. et digitos diuiserūt. Tā
 ta em̄ fuit eorū solertia. Digit⁹ ē minima ps
 agrestiu mensurarū. Inde vntia h̄ns digitos
 tres. Palmus aut̄. 4. habet digitos Pes. 16.
 digitos passus pedes. 4. Partica passus. 2.
 id ē. 10. pedes. Partica aut̄ a portādo dicta
 quia portica. Omnes aut̄ p̄cedentes mensure
 in corpe sunt: vt palm⁹: pes: passus: & reliq;
 sola partica portatur. Est em̄. 10. peduz ad
 instar calami in ezechiele tēplum mēsuran
 tis Actus ē minim⁹ latitudie pedū. 4. lōgi
 tudine. 140. Climata quoq; vndiq; versum
 h̄nt pedes. 60. ita. Actus q̄dratus vndiq; fi
 nitur pedibus. 120. ita Hūc betici arapennē
 dicūt: ab arando. s. Actus duplicatus iuge
 ram facit et ab eo qd̄ ē iunctū iugerī nomen
 accepit. Iugerū aut̄ cōstat lōgitudine pedū
 240. Latitudine. 120. ita Actū puintie beti
 ce rustici agrū vocāt porcani. id ē. 30. pedū
 latitudine. et. 180. longitudine definiūt. ita
 Sed porca ē q̄ in arando extat qd̄ defossuz
 est At galli cādecum appellāt in aeris: vrba
 nis spaciū. 100. pedū. q̄si. centecū. In agrestī
 bus aut̄ pedū. 140. qd̄ aratores candecū vo
 cant. Porro stadialis ager h̄t passus. 124. q̄

mēſura oēnes cōputata miliare facit. qđ cō-
stat. 4. milia pedibꝫ Cēturia autē ager ē ducē
torū iugerū: q̄ apud antiqꝫ a centū iugeribꝫ
vocabatur. ſed poſtea duplicata eſt: nomen
p̄ſtinum retinuit In numero em̄ cēturie ml̄i
plicate nomē mutare non poterant.

De itineribꝫ. CA LVIII

Enſuras viarū nos miliaria dicimꝫ

m Greci ſtadia. Galli leucas Egiptij li-
gnes. Perſe paraſangas. Sūt autē p̄-
prie queqꝫ ſpacia Miliarū mille paſſibus ter-
minatur: & dictū miliarū q̄ſi mille adū ha-
bens pedes qnqꝫ milia. Leuca finitur paſſibꝫ
quingentis. Stadium octauap̄s miliarij ē cō-
ſtans paſſibꝫ 124. Hoc p̄mum herculē ſtatu-
iſſe dicūt. eamqꝫ eo ſpacio determinaffe qđ
iſe ſub vno ſpū cōfeciffet. ac p̄ inde ſtadiū
appellaſſet: quō in fine reſpiraffet ſimulqꝫ ſte-
tiſſet Via ē qua poteſt ire vehiculum: & via
dicta a vehiculorꝫ incurſu. Nā duos actꝫ ca-
pit p̄pter eantiū. et venientū vehiculorꝫ oc-
cuſum Om̄is autē via. aut publica ē. aut pri-
uata Publica ē que in ſolo publico ē. q̄ inter
actus ppl̄o patet. Hec aut ad mare. aut ad
oppida p̄tinet. Priuata eſt q̄ vicino munici-
pio data ē Strata dicta q̄ſi vulgi pedibꝫ de-
trita viarū Lucretius Strataqꝫ iam vulgi pe-
dibus detrta viarū. Ipa eſt & dilapidata. 1.
lapidibꝫ ſtrata Primū autē peni dicūtur lapi-
dibus vias ſtrauiſſe. poſtea romani eas per
om̄ne pene orbē diſpoſuerunt p̄pter reditu-
dinem itinerum: & ne plebs eſſet occioſa.

De ventis. CA LVIII

Entorꝫ p̄mus cardinalis Septētri-
v on frigidus & nivalis. flat rectꝫ ab
axe & facit arida frigora et ſiccas
nubes. Hic aptias dicitur Cirtius q̄ & traci-
as. Hic adextris ſeptentrionis in tonās facit
niuiā & grandinū coagulationes. Aq̄lo qui
& boreas ex alto flans. gelidus atqꝫ ſiccus et
ſine pluuia. quia nō diſcutit nubes: ſed con-
ſtringit. vñ & merito dyaboli formā inducit
q̄ ab inigtatis frigore gentiliū corda cōſtrin-
git. Scđs ventorū cardinalis ſubſolanus q̄
et apolitis. Hic ab ortu intonat. ſolis et ē tē-

patus atqꝫ ſuanis Vulturū iſe q̄ et calcias
vocat dexterior ſubſolani. Hic diſſoluit
cūcta atqꝫ deſiccatur. Eurus ex ſiniſtro latere
venit ſubſolani: orientē nubibꝫ irrigat Tertius
ventorꝫ auſter plage meridiane cardinalis
q̄ et euronothus ex humili flans hūidus. cali-
dus atqꝫ fulmineus generans largas nubes
& pluuias latiffimas ſoluens etiā flores. Euro
auſter calidus ventꝫ a dextris intonat auſtri
Euronothus vētus tpatꝫ calidus a ſiniſtris
auſtri ſpirat Quartus cardinalis zephirus q̄
& fauoniꝫ ab occidēte inferiore flat Iſte h̄ye
me frigore gūiffima vitē relaxat. florefqꝫ pro-
ducit Affricus q̄ dicitur lib̄s ex zephiri de-
xtro latere intonās. Hic generat tēpeſtates.
& pluuias facit: & nubium collisiones & ſoni-
tus tonitruorꝫ: & crebreſcētū fulgurū viſus
& fulminū impulſus Eurus q̄ et agreſtis & ſi-
niſtra pte fauoniꝫ aſpirans Eo flate in orien-
tem nubiā ſunt in die ſerena. Quoſdam autē
trāquillus p̄prios locorꝫ flatus certis appel-
lat vocabulis: q̄ ex numero ſunt in ſyria. ſy-
rus carbaſus in cilia. in p̄pontide tracias
ciron In galatia cirtius. In hispania ſogronē-
ſis Sūt p̄terea quidā innumerabiles ex flu-
minibꝫ. aut ſtagnis. aut ſinibꝫ nomiati. Duo
ſunt tantum ext̄ hos vbiqꝫ ſpiritus magis
q̄ venti. aura et altanus.

De ſignis tēpeſtatis & ſerenitatis. LX

Empeſtas turbo ē diuini iudicij. ſi-
t cut p̄pheta ait. Deus in tēpeſtate
& turbine vie eius. Serenitas autē
gaudiū ē lucis eterne. Signa autē tēpeſtatum
nauigantibus. Trāquillus in pte ſic dicit mu-
tationē tēpeſtatis expectādam in aſperius.
Cum in nocturna nauigatione ſentillat ad re-
mos & ad gubernacula aqua in auctro venti
mutatio ē Cum luigines erundinesqꝫ volant
Aut cū delphini totos ſe altibus oſtendunt.
aut cū caudis aquā feriūt. Nā ſemp inde vē-
tus oritur quo illi feruntur. Nec mirū muta-
aialia diuinare ſubgur̄gite Semp em̄ incipiē-
tes a motu aque inclinatur: quā p̄ mutatō-
nem maris p̄mum yndarum incole ſentiūt.
Itaqꝫ p̄pter impetū pugnant ſiue metuūt ne

q̄ſi quodis finem
paſſum

deserantur in litore sine natura ne auersarū
 ceruices vnda precipitet Quid ergo delini
 tantū hāc iniuriā timēt ymmo & ceteri pil
 ces sed hy tantū apparēt q̄ exiliūt Item var
 ro dicit signū esse tēpestatis dū de pte aq̄lo
 nis fulget & cū de parte euri intonat. Nigi
 dius quoq; ait. Luna si summa in corniculo
 maculas nigras habuerit in p̄mis p̄tib; men
 sis imbres fore Si in media tūc cū plena sit ī
 eo corniculo serena dēstas sit Certe si rubet
 q̄si aurū ventū oñdit Fit em̄ vent⁹ ex aeris
 densitate obducta. sol et luna rubescūt Item
 si cornua eius obiecta fuerint nubila tēpestas
 futura erit Orati⁹ aut̄ dicit. Si aq̄lonicū cor
 nu lune sit corrept⁹ aq̄loni emminere. Quar
 ta aut̄ luna futurarū iudex certissima aurarū
 habetur vnde. Vñ et Virgilius certissimus.
 auctor dicit Si sol inortu suo maculosus sit
 atq; sub nube latens: aut si dimidia pte ap
 paruerit imbres futuros Item Varro dicit Si
 ex oriēs concavus videtur: ita vt de medio
 fulgeat & radios faciat p̄tīm ad aquilonē p̄
 tīm ad austrū tēpestatem hūdam ac v̄tuo
 sam fore significat. Item die inquit. si sol ru
 beat: ē sincerus: si palleat. tēpestatem signifi
 cat Nigidius q̄q; si pallidus inquit sol. in ni
 gras nubes occidit. aquilonis v̄tōs signifi
 cat Item dñs in euāgelio. si facta inquit v̄
 pera rubicundam fuerit celum mane serenū
 erit. Si mane rutilat celum tempestas futura
 erit Et cū auster ventus fuerit: estas erit.

De monte ethna. CA LVI

E mōte ethna. Iustinus in libro hi
 d storiarū ita scripsit dicēs Sicilie tel
 lus tenuis ac fragilis & cauernis
 q̄busdā fistulisq; ita penetrabilis vt ventorū
 tota ferme flatibus pateat Necnō & ignibus
 generādis nutriendisq; soli ip̄ius naturalis.
 materia q̄ppe intrinsecus strato sulphure &
 bitumie traditur. q̄ res facit vt spū cū gni
 introrsus reluctanti f̄ quēter & cōplurib;
 locis nec flāmas: nunc vapores: nūc fumos
 erūpat Ex inde deniq; ethne mōtis p̄ tot se
 cula durat incēdium. Et vbi acriora spiramē
 ta cauernarū v̄tus incūbit arenarum cumuli

erigūtur Accedūt et p̄petua fomēta insularū
 eolium veluti ip̄is v̄ndis alatur incēdium.
 Neq; em̄ in tā angustis termis. aliter durare
 p̄ tot secula tantus ignis potuisset. nisi & hu
 moris nutrimentis aleretur Hinc igitur fabu
 le scillam & caribdem pepere hinc latrat⁹ au
 ditur. hinc mōstri incredita simulacra dum
 nauigātibus magnis verticibus pelagi deli
 dentes exterriti: latrare putant: vndas quas
 sorbentis estis vorago collidit. Eadem cau
 sa etiam ethne montis p̄petuos ignes facit.
 Nam aquarū ille cōcursus raptō secū spiritu
 in ymum p̄fundum trahit: atq; ibi suffocatū
 tam diu tenet donec p̄ spirameta terre diffu
 sus nutrimenta ignis incendat. Constat aut̄
 ad exemplū gehenne cui ignis p̄petua incen
 dia spira bunt ad puniendos peccatores qui
 cruciabūtur in secula seculorū Nam sicut isti
 montes tāta t̄pis diuturnitate vsq; nūc flā
 mis exestuantibus pseuerant. ita vt nūq; ex
 tingui possint Sic ille ignis gehenne ad cru
 ciāda corpora damnatorum finem. nūquam
 habiturus est.

IMPRESSVM VLME OPERA ET
 EXPENSIS IVSTI DE ALBANO
 DE VENETIIS PER PROVISOREM
 SVVM IOHANNEM REGER. AN
 NO. DOMINI. M. CCCC. LXXXVI. 1486
 XII. KALENDAS. AVGVSTI.

